

Nikolaus I.

competenter atque incongrue memorare.

Epist. VI, 463, Z. 33 ff.: Denique si Cham videns patris verenda risit potius quam, ut ceteri, cooperuit, maledictionem in filio percepisse legitur, quanto potius hi, qui verecundiam patris non solum, si quaelibet fuit, minime cooperuerunt, sed et riserunt et falso ad subsannationem sui moris homines provocaverunt.

Epist. VI, 467, Z. 28 f.: In tantum autem hanc praesumptionem sancti patres apud Chalcedonam detestati sunt, ut Dioscorum Alexandrinum antistitem inter cetera idcirco potissimum sine ulla restitutione dampnaverint, — —.

Epist. VI, 467, Z. 36 ff.: Numquid ibi legitur inquisitionem fuisse factam, utrum iuste an iniuste ipsam iam fatum Dioscorum excommunicationem dictasse? Non plane, sed absque omni controversia hoc in eo ulti sunt, quia, cum esset inferior, potius quibuslibet conatus est lacessere contumeliis.

Epist. VI, 468, Z. 2 f.: Voluerunt enim in domo Dei nihil fieri praeproperum, nihil confusum, nihil inordinatum.

Leo.

patres spirituales non solum minime cooperiunt, sed et deridendo et falso ad subsannationem sui moris homines provocant¹. — — — Sed in tantum illius presumptionem sancti patres apud Chalcedoniam detestati sunt, ut sine ulla restitutione eum dampnarent. Et nullam inquisitionem fecerunt, utrum iuste an iniuste vel quoquo modo iam fatum Dioscorum contra Romanam ecclesiam dictasset; sed absque omni controversia hoc in eo ulti sunt, quia, cum esset inferior, suo priore (sui priorem *Olleris*) et magistrum conatus est lacessere contumeliis. Voluerunt nempe in domo Dei nichil fieri confusum, nichil inordinatum.

Das kurz danach bei Leo folgende Zitat aus Bonifatius I. 'Nemo umquam — voluit iudicari' ist wohl auch

1) Die folgenden acht Textzeilen sind von Nikolaus I. nicht abhängig.